



# Programma

*In funere*

INFANTIS PVERI

# IOANNIS GER- HARDI MEIBOMII

V. Cl.

IOH. N. HENRICI MEIBOMII. F.

*a. d. XXIII. Iulij vitâ functi.*



HELMAESTADI.

Typis heredum IACOBI LUCII,

ANNO CLIO LXXV,

eg

10





*Prorector & Senatus*  
**A C A D E M I A E I V L I A E,**  
Studioſis optimarum artium,  
civibus ſuis,

S. D.

**D**ivus eſſe in vita hac mœroris & calamitatum, quàm gaudij & ſucceſſuum optatorum, inter omnes conſtat. Itaq; princeps Poetarũ duo iacere in veſtibulo Iovis fingit dolia, adverſorum alterum, alterum letorũ. quorũ ex illo frequentius multo & largius hauriat, & mortalibus temperet, quàm iſto. Ita fit, vt de conditione pleriq; ſuã ſæpius querantur, quàm vt ſatis ſibi placeant ac gratulentur, & auctori maximorum beneficiorum debitas gratias agant. Sanè exercemur omnes, alius alio genere laborum aut calamitatum. quibus ſeſe aptant, & morigeros præbent uniuerſitatis conditori ac gubernatori, quos ſupra vulgus illud imperitum eruditio melior collocavit. Non igitur gementes aut detrectantes ſequuntur imperatorem æquiſſimum & benigniſſimum: non malè de eo exiſtimant: non decreta eiꝰ reſcindere ac mutare, quàm morem ſanctiſſimæ eius voluntati gerere malunt. tributa potius mortalitatis ſine querela ac murmure perſolvunt. Faciendũ id cuiq; noſtrum: quando nemo omnium eſt, quin  
ſuos

ANNO MDCCLXXIII

suos patiatur manes, sua ferat fata. Hodie quidem sua lu-  
get Cl. V. Ioan. Henricus Meibomius, Medicinæ Doctor  
& Professor in hac Academia publicus, collega noster ho-  
norandus. Qui ut paucis ante septimanis matrem pientissi-  
mam extulit mœstissimus, ita filium hodie post horam  
XII. secundosenitum ingenti luctu componet, IO-  
ANNEM GERHARDVM. Editus ille in lucem fue-  
rat a. d. X. Quinctil. id est tertio decimo die ante eum, qui i-  
psi vitæ huius nouissimus, æternæ autem & vere beatæ  
natalis fuit. Sustulerat eum lætus pater ex Elisabetha A-  
uerbergia, Ioannis F. viri Mag<sup>ci</sup> & consultissimi, Syndi-  
ci quondam Mindensis, & Sereniss. Principis nostri in Co-  
mitatu Hoiensi, cōsiliarij: qui hodieq; Illustr. Duci Mega-  
polensi itidem à consilijs intimis est, & Cancellaria, ut  
vocant, Præses. Hoc auo materno, paterno autem Henri-  
co Meibomio V. Cl. Historiarum & Poeticæ Professore  
in hac illustri academia, Ordinis Philosophici hodie Senio-  
res parentibus autem iis, quos diximus, natus fuerat in-  
fans hic, cui exsequiæ nunc parantur. Cui si adolescere, atq;  
ad maturam ætatem peruenire fuisset datum, bona spes e-  
rat, imitaturum industriam & parentis, & auorum. So-  
lent enim ferme liberi maiorum suorum instituta ample-  
cti, atq; ad eorum exempla studiosè vitam suam compone-  
nere. Verùm Deo aliud visum fuit, qui infantem tenellū,  
quum vitam hanc miseram & calamitosam vix adspexis-  
set, è turbulento hoc rerum humanarum pelago in portum  
cælestis tranquillitatis reuocauit. Degustare tamen eum

acerbitatem vite huius satis largiter idem voluit Deus.  
Etenim, præterquam quod natura imbecillis admodum  
fuit & inualidus, tormentis primùm ventris, mox diar-  
rhœâ cœpit tentari. quibus grauius tandem malum sese  
implicuit, vt conuulsivis motibus concuti inciperet. qui  
postmodum ita auxerunt, vt die huius mensis **XXIII.** a-  
nimulam, è corpusculo hoc terrestri pulsam, ad originem  
suam adspirare cogerent. Triste vulnus, & dolendum  
optimis parentibus. Qui tamen & multis aliis ra-  
tionibus, & consideratione diuinæ voluntatis, sese conso-  
labuntur. Cui eò facilius acquiescent, quòd hæc sunt tem-  
pora, quibus qui de turbulenta hac scena euocantur, bea-  
ti putandi sunt. In qua qui diutius detinemur, incertum  
est, quibus casibus reseruemur. Quos vt mollire di-  
gnetur benignissimus omnium pater, & nos, atq; illu-  
strem hanc Academiam, patriamq; vniuersam, aduersus  
machinationes quorumcunq; hostiles defendere, ipsum ho-  
dierno die, & deinceps perpetuò supplices venerabimur.  
horâ quidem iam dictâ frequentes in funus prodibimus,  
vt studio nostro dolorem Cl. collega aliqua ex parte  
mitigemus. Valete P. P. in illust. Acad. Iulia

a. d. **VIII.** Kalend. Sextil.

**M DC XXV.**




35. Progr. in Fun. Ottiliae Steinmanni, Com. Hornig, conjug. 1661.  
 Bodomeieri phil. et theol. stud. 1663.
36. Fiknadersi progr. orationis — a Braunfeldt praem. 1663.
37. Fiknadersi progr. orationis — a Braunfeldt praem. 1663.
38. Progr. in Fun. puellae An. Mariae Krohn. 1666.
39. — — — An. Marg. Vogleri. 1666.
40. — — — puellae Joh. Rinnersi. 1666.
41. — — — puellae Joh. Rinnersi. 1666.
42. — — — An. Eleon. Ackeri. 1666.
43. — — — An. Eleon. Ackeri. 1667.
44. Carrn. grate ad iburmannum. 1678.
45. Vde in rari-tatem. 1678.
46. Andr. Herm. Hillberg gratulantis Acad. Juliae prof. 1678.
47. Progr. Henrici Wiedeburgi. 1680.
48. Festo nupt. Carp. Anoldi Sumbrecht. 1678.
49. Lact. ac debit. officium ad unicum. 1678.
50. Pia vota ad Lud. Fabrum sponsorem et — sponsam, 1679.
51. Progr. in Fun. matris. Bornemanniae, Tannmanni viduae. 1681.
52. Progr. Joh. Reupen. 1709.
53. Progr. in Fun. An. Cath. Rinerichiae, Hornig conjug. 1649.
54. Progr. XII Nov. A 1693.
55. — in Fun. An. Soph. Schmerhenniae, Sth. Theod. Ackeri vid. 1702.
56. — Agnesae Krohner, Carp. Torber vid. 1712.
57. Abvanderungssande abguldung von Voigt.
58. Progr. in Fun. Hamburgi Sizi. 1714.
59. Catalogue scriptorum in div. acad. editorum. 1732.
60. Progr. in Fun. Carolif phil. stud. 1757.
61. Memoria Toppii 1757.
62. — — — Seideli. 1758.
63. — — — Larr. Heisteri. 1758.
64. De vita Frobesii. 1756.
65. Gratio panegyri. in diei nat. prin. Fridrici V, Saxon et  
 Norvegiae regis. 1759.
66. De des principito. Progr. sac. Christinatel. his. 1762.
67. Progr. in fest. Michaelis. 1762. —


96  
1233

= Nonnulla derunt =

ULB Halle 3  
 001 920 952  





amma  
 zere  
 PVERI  
 IS GER-  
 EIBOMII  
 cl.  
 MEIBOMII. F.  
 y vitâ functi.



TADI,  
 COBI LUCII,  
 CXXV,

10

10

